accepi gratissimas literas tuas ad quas statim
respondeo. – Considerandi mihi plantas tuas nil
novi continere, cum novitates omnes a Te ipso
jam descriptae sint, et ~~harum~~ specierum cognitarum plurimas jam
ipse possideo, non possum Tibi offerre pro plantis
omnibus dalmaticis et montenegrinis plus quam
fl. austr. 300, quorum 150 Tibi mittam in primo
dimidio proximi mensis augusti, reliquos post
plantas omnes acceptas. – Cum vero plantas
Tuas non viderim, hanc adquisitionem honesta-
ti et fidei Tuae quantum possum commendo
ut in hac comprehensae sint omnes superdicta ~~plantae~~ vegeta-
bilia nemine excepto tum quoad species, tum quoad exemplarium numerum. –
Si hae conditiones Tibi arrideant, fac ut species omnes
in ordinem ponas cum schedis ad ipsas plantam sin-
gillatim pertinentibus, et eas mihi mittas quam

primum per viam ferratam communem, nec per

celerem. — in lingua latina scripsi

Expecto a Te responsum promptum ac favorabile, et

nec Tibi addictum profiteor —

22 Jul. 75.

D. 6 Augusti 75

Priusquam mihi mittas plantas a Te adquisitas

necesse est ut sciam an Tu perspicias sequentia

scripta = Milde Sporenpfl. et Mettenius filices

die Farne d. botan. Gartens zu Leipz. ~~et~~ si

velis ipsa mihi concedere et quonam

pretio, certe modico. Fac ut de his rebus

mihi cito respondeas —

Video in speculo Tuo Selaginellae species a cl. Lowe [illegible]

Reichb. denominatas fuisse — Scire vellem ~~ubi sunt~~

nominantur diagnoses illarum specierum, si Tu

illud possedes, et si ~~has~~ earum diagnoses pro meo usu trans-

scribere velis, et mihi mittere

~~Fecit~~ Non dubito quod flor. centum jam accepisti cum ego

eos miserim per officium postalium die XXVIII Julii praeteriti